

& adde hic ad ea, quæ ibi dixi, sed secundum dictum Hosti. vt dixi, mihi placet: primo per principium c. vbi Papa dicit, q̄ habuisset hanc ordinationem suspectam, nisi illi fuisset prouidi, & honesti: ergo non solum ista ordinatione in se non erat mala, quinimo carebat omni suspitione malitiæ: propter qualitatem personarum, ad idem tex. ibi [Posunt licite &c.] nam antequam diceret toleramus, dixit, q̄ licite vigore illius ordinationis poterant hanc pecuniam soluere, quare ergo dixit toleramus? credo vt toto ex nō vi deretur laudare hoc factum, ne assumeretur in exemplū, dicit se tolerare: multa enim sunt toleranda, non laudanda, propter malum, quod posset subesse. Sed aduerte, quia tex. iste loquitur quando fuit compromissum in iudicem, nunquid autem cessante compromisso potuissent iudices hoc facere? dic q̄ nō inuitis partibus, quia regulariter nō p̄nt partes compelli ad compositionē. pro hoc vide tex. iuncta gl. in l. r. ff. de no. op. nun. & q̄ no. in c. cum inter R. de elec. & vide quod ibi dixi, sed si partes præstarent assensum suum ordinationi iudicis, procederet iste tex. eadem ratione. & ideo ponderatur hoc compromissum, quia iudices ex se facere hoc non potuissent. In glo. si. quæ est super verbo, defuncto. no. gl. quā multi nō habent in eo q̄ extēdit prouisionem suam in casu mortis naturalis ad casum mortis ciuiliis. nam supplet ad tex. quemadmodum nō obligatur successor defuncto priore, ita nec eo aliter remoto a dignitate, & idem communiter tenent Doc. super tex. Dicunt enim q̄ qualitercunque iste remouetur a dignitate, extinguitur hæc oblo, dummodo in fraudē nō renunciet, & faciat suam affinem vel nepotem institui. & sentiunt per hoc Doc. q̄ ista oblo non transit in heredes istius prioris. Contrarium tenuit hic Pe. de Anch. motus, quia litera solum dicit vt successor non teneatur, nihil dicit de herede prioris: vnde quemadmodum oblo cōtracta in personam episcopi in casu c. cum secūdum, sup. eo. transit in heredem, vt ibi voluerunt Doc. ita dicendum in hac oblo. Sed aduerte hoc dictum esse verum, vbi simpliciter obligaretur persona prioris, quia realiter omnis obligatio transit in heredem, l. veteris, C. de contrahen. & committē. stip. sed in casu nostro persona prioris obligabatur simpliciter, ad dandum pecuniam vt speciē quandam: nam tenebatur dare de redditib. prioratus: eo ergo ipso q̄ non potest de illis redditib. dare liberatur ab obligatione, vt leg. & no. in l. talis scriptura, ff. de le. r. & in l. in ratione. §. prorsus diligenter, ff. ad l. fal. & in l. si vsufructus mihi, cum ibi no. ff. de vsuf. le. facit tex. i. l. quod te, ff. si cer. pe. Ex his puto q̄ existens in dignitate, & nō percipiens omnes redditus, ex quibus possit illi satisfacere, non obligatur de suo. pro hoc vide tex. no. in l. legatum, ff. de ann. leg. Item ex prædictis no. q̄ vbi cunctus mors ciuiliis operatur omnem effectum quem mors naturalis, mors ciuiliis equiparatur naturali, pro hoc bo. tex. in l. Deo nobis. C. de epif. & cler. vide bo. gl. in cle. ne Romani, de cle. licet aliud senserit gl. r. q. r. c. placuit, quæ dicit, q̄ mors ciuiliis nunquam equiparatur naturali, nisi in casibus a iure expressis, & vide de materia in l. ex ea, §. infulam, ff. de verb. obl. per Io. Mo. in c. si episcopus, de sup. neg. præla. lib. 6. p̄ aliquos Doct. in c. cū sis, de couer. cōiu. Opp. cōtra tex. in eo q̄ annua pensio erat soluēda alteri ex electis: nam cum esset religiosus, quod patet ex eo, quia electus fuit ad prioratum, non poterat hanc pensioem consequi, cum religio sus nō possit habere proprium. 12. q. r. in c. nō dicatis. So. Inno. ponit hic duos intellectus ad tex. Primus, q̄ prioratus erat secularis, & sic clerici erant seculares, & hæc lec. satis potest sustineri: nam verbum prioratus, est generale, & cōpetit tam religiosis, quam secularibus, vide tex. cum gl. in c. cum de beneficio, infra eo. titu. lib. 6. licet Hof. instet per verbū capitulum, hic positum, quia congregatio religiosorum dicitur conuētus, clericorum vero dicitur capitulū, sed dic q̄ secundum ethimologiam non dñt, licet hoc pcedat ex communi vsu loquēdi. & quandoq̄ verbum, capitulū, adaptatur religiosis, de quo dic vt no. in c. capitulū sancte crucis, de refer. Secunda sol. est vt intelligatur in religiosis, & soluendo contrarium est dicendum secundum eum q̄ non dabitur hæc pensio isti religioso, vt habeat eā vt propriam, & sic possit ad libitum dare, vel in testō relinquere, sed hēbit vt dispensator in administratione, & poterit Abbas ad libitum sibi auferre, nisi hñet confirmationem Papæ: tunc enim in illa effect obediētarius solius

Papæ, nec per Abbatē possit illa priuari. Et hæc dicta not. singulariter: nam primo habes q̄ religioso licite cōstituitur aliqua pensio, seu prouisio, non vt faciat eam suam, sed vt hēat dispensationem, & intellige permittēte suo abbate, vel sciēte, & non contradicēte, nam vt seruus hēt peculium ex permissione domini tacita vel expressa, licet nō possit hñe proprium. l. 4. C. de manu. & l. quam Tuberonis, ff. de pec. & facit hoc contra no. p̄ Inno. in d. c. dilectus. sup. eo. vbi dicit, q̄ portiones priuilegiatē nō possunt esse in monasterio, quia religiosi non possunt hñe proprium. nā certe ex quo superior concedit eis, seu cuilibet eorum certā portionem, non propter hoc dicitur hñe proprium. & ad idem vide Inno. in c. in finuante. infra ne clerici. vel mona. vbi dicit, q̄ religioso, vel monacho potest concedi, vt habeat vñm fructum pro necessariis suis. Idē aperte tenuit Bar. in auth. ingressi, C. de sacrosan. eccl. & vide multum no. p̄ Ioan. And. in regula, non est obligatorum. de re. iu. lib. 6. in Merc. vbi format quæstionem, nunquid valeat statutū editum in monasterio, vt quisque habeat decem quolibet anno pro indumentis, & tandem concludit, q̄ sic, & vi de ibi rationes efficaces. Secundo no. ex dictis Innocen. q̄ habens certam dispensationem ex confirmatione Papæ non potest priuari per Abbatem suum, & est notabile dictum, maxime in pensioe, & vide quod plene dixi in c. porrecta. de confir. vti.

## ADDITIONES.

- a Ad propositionem. Adde q̄ vbi antiqua est discordia, quod iudex potest compellere ad pacem, vt voluit Roma. conf. 36.
- AN T. FRAN. ¶ Circa hoc, q̄ de discordia, dicas, q̄ non solum quando discordia est antiqua, sed etiam si sit noua, potest iudex compellere partes ad concordiam, quia discordia est celeriter obuiandum, ne scandala oriatur, vt est glo. in clem. r. in §. de iureiur. & habetur per D. Card. in c. suscepimus, de hom. est enim discordia periculosa, vt in clem. dudum. & ibi per D. Card. de sep.
- b S E B. S A P. ¶ Ex se facere In contrarium facit, quod no. Abb. in cap. cum pridem, in ver. & no. abesse ex hac solutione. & in c. super eo. in ver. item iudex supra de transf.
- c ¶ Non obligatur adde videndum, q̄ voluit Rom. conf. 478.
- d S E B. S A P. ¶ Quod vbi cunctus Quomodo mors ciuiliis equiparetur naturali. vide Fel in c. licet, in uer. gl. magna, supra de offi. deleg.
- e ¶ Mors ciuiliis. Hic dicitur, q̄ rogatus restituere post mortem suam, intelligitur de naturali, & non de ciuili, tex. est no. in l. status, §. si. ff. de iu. filc. vide glo. in c. placuit, el. 2. r. 6. quæst. r. ta. §. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthum. & in l. ex facto, ff. de uul. & pu. vide omnino illam glo. in c. placuit. Et ideo si statutum dicat vxore decedente vir lucretur certam partē dotis, non habet locum si vxor ingrediatur monasterium. ita dicit le. con suluisse D. al. in l. si decesserit, 4. no. ff. qui fatid. cog. quod dictum no. quia communiter ignoratur. In contrarium facit glo. sing. in clem. ne Roma ni, ver. moriendæ, de electio. ubi text. loquens de morte Papæ, habet locum eo deposito, sed ibi ideo, quia utrobique militat eadem ratio. Aenza de Falco.
- Z A C H A R. ¶ Adde Alexand. in l. si quis sic, ff. sol. mar. glo. in Auth. de nup. §. sed occasione. sed aduerte, quod statuta loquentia de morte non intel liguntur de ciuili: nam stante statuto, q̄ uir per mortem uxoris lucretur dotem, non verificabitur si ingrediatur religionem, ut consuluit Pet. de Anch. conf. 60. inci. in Christi nomine, amen. ubi late arguit pro, & contra. Ioan. And. in c. h. in prin. de dona. inter iur. & vx.
- f ¶ Expressis. Adde Old. conf. 284. Anch. conf. 317.
- g ¶ Necessarius suis. Adde Cald. conf. 2. de rega.

## S V M M A R I V M.

- 1 Canonici priuilegiati super certo numero si aliquem postea supernumerariū acceperint, non possunt vti numeri exceptione contra Papam volentem etiam supernumerarium ponere.
- 2 Pronomen suus, importat dominium, quando profertur in materia, ubi cadit dominium, alias importat iurisdictionem 7. 8.
- 3 Canonici promoti ante legitimam aetatem, habet uocem in capitulo. Canonici, qui non est in sacris, repellitur a capitulo, id est non potest esse in capitulo. Beneficium curatum non datur existenti in sacris, si est ante tempus promotus.
- 4 Priuilegium concessum persona, collegio, vel ecclesie, an tollatur per unicam contrauentionem.
- 5 Statutum, vel consuetudo an tollatur per unicam contrauentionem.
- 6 Appellatione ecclesiarum prouincia, ueniunt ecclesie exempta.
- 8 In beneficiis libus an fiat larga interpretatio.
- 9 Clausula, contradicētes compescendo, &c. dat iurisdictionem iudici nō solū inter partes, sed etiam inter extraneos contradicētes de facto, & quanto tempore duret talis iurisdictione, & quid comprehendat, uide 10.
- 11 Deputatus ponere aliquem in possessionem, vel conferre alicui beneficium, nō tenetur compellere contradicētes, nisi hoc fuerit sibi mandatum.
- 12 Possessio vtrum transferatur per inuestituram.
- 13 Executor datus ad faciendum prouidere, vel ad faciendum assignare, an possit per se prouidere, vel assignare.
- 14 Papa non videtur uelle tollere priuilegium, si semel mandat aliquid contra illud, nec obediētes uidentur illi renunciare.